



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Epistola CLIII. Ioannis Papae VIII. Ad Romanum Archiepiscopum  
Ravennatem. Praecipit ut Romam ad Synodum cum suffraganeis accedat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

quam dicta fuerint, senferit, sine aliquo scrupulo contentionis in nostrorum omnium copulatione, ea ipsa de quibus dubitauerit, conferenda reducat; qualiter, Deo auxiliante, aut doceri possit, aut doceat. Deinde simul vos obtestatione coniuro, vel obsecro, vt nullus vestrum in iudicando, aut personam accipiat, aut quolibet fauore, vel munere pulsatus, a iusto iudicio scienter auertatur aut difcedat: sed tota pietate eum, qui coetui nostro se iudicandum intulerit, retractate. Vt nec discordans contentio ad subuersionem iustitiæ inter nos locum inueniat; nec in perquirenda æquitate vigor vestri ordinis vel sollicitudo tepescat. Data vt supra.

## EPISTOLA CLIII.

## IOANNIS PAPÆ VIII.

AD ROMANVM ARCHIEPISCOPVM  
RAVENNATEM.

Præcipit vt Romam ad Synodum cum suffraganeis  
accedat.

*Reuerendissimo & sanctissimo confratri nostro Romano archiepi-  
scopo sanctæ Rauennatis ecclesiæ.*

CANONICIS sanctorum patrum iubentibus regulis bis  
per annum Concilia episcoporum esse omnimodis ce-  
lebranda; nos ob id pro multiplicibus ecclesiarum Dei vti-  
litatibus, & necessitatibus, Synodum octauo Kalendas  
Maias, Domino annuente celebrare cupimus. Ideo iube-  
mus dilectioni vestræ, vt omni mora postposita, vos cum  
omnibus suffraganeis vestris episcopis prædicto tempo-  
re Romam venire studeatis: quatenus eandem Synodum  
nobiscum æqualiter celebretis, ac de communi salute con-  
sideretis. Data III. Nonas Martias.

Nicæni  
Concilii  
cap. 5.  
Synodus  
bis in an-  
no cele-  
branda.